

## ETYMA GRAECA

άλκυών (άλκυάων)

Walde—Hofmann s. v. *alcēdō* et Pokorny 304 vocem helv. nostrorum temporum *wiss-elg*, *birch-ilge*, quibus diversae species anatum designantur, et vocem graecam inter se propinquas putant neque tamen Friskio, Griech. etym. Wb. s. v. άλκυών fidem fecerunt.

Vocem άλκυών ut ἀλεκτρυών formatam esse apparet. Posteriores vero a nomine proprio Ἀλεκτρυών, quod apud Homerum Il. 17, 602 invenitur, in gallum gallinaceum propter pugnandi aviditatem translata esse Fick et Kretschmer viderunt (cf. Frisk s. v.). Atqui Hesychius (ed. Latte, Hauniae 1953) haec tradit: άλκυών· εἶδος ὄρνέου S(n) καὶ δαίμων· τις < παρὰ Λάκωσι > (suppletum e Photio). Igitur hic quoque nomine aliunde petito avem usurpari videmus. Daemonem vero Lacedaemoniorum a *defendendo* (cf. hom. ἀλκ-τήρ „one who wards off, protector from a thing“ LSJ) nominatum esse verisimile est. Restat ut, cognoscamus, quid antiqui alcedinem ab hominibus arcere crediderint. PWRE I 1583, 16 avem cliviam habitam esse dicunt, tamen negari non potest ἀλκυονίδας (ἡμέρας) et *alcedonia* mare tranquillum significavisse, quod multo maioris momenti est. Praeterea ex posterioribus temporibus haec traduntur, quae avem laeta et prospera portendisse demonstrant (Hdb. des deutsch. Aberglaubens II 744): „Seinen dämonischen Charakter bezeugt er (= Eisvogel) dadurch, daß er nach dem Glauben der Alten das Unwetter beruhigen kann (nota 8: Hopf Tierorakel 149). Nach Gesner wird ein Haus, in dem er nistet . . ., vom Blitz nicht getroffen (nota 9: Gesner Vogelbuch 28 a); ebenfalls nach altem Bericht mehrt er die Geldschätze (nota 10: Ebd., nach Albertus Magnus De anim. 23, 123). Eisvögel werden daher als Glückbringer in Käfigen gehalten (Böhmen); ja in älterer Zeit wurden sogar tote Eisvögel, in seidene Tücher gewickelt und mit goldenen Ringen um den Hals, aufbewahrt, weil sie Wohlstand und Ehren bringen sollten . . .“ Quam ob rem et daemonem Lacedaemoniorum bonum et alcedinem avem secundam fuisse eosque a stirpe *\*aleq-* „abwehren, schützen“ (Pokorny 32) nomen traxisse concedemus.

Operae pretium est cognoscere alcedinem russ. *Ivan* (Schrader—Nehring I 231), gallofr. *martin-pêcheur* nominibus ab hominibus mutuatis nominari. Eodem thiod. *Martinsvogel* spectat.

ἀντλέω

Verbum a substantivo ἀντλος, -ον derivatum esse apparet. Quam ob rem sensus substantivi ἀντλο- respiciendi sunt, quos secundum LSJ refero: I. 1) hold of a ship, alveus navis, Od. 12; 410 s. ὄπλα τε πάντα εἰς ἀντλον κατέχοντο, 15, 479 ἀντλω δ' ἐνδούλησε πεσοῦσα. 2) bilge-water, sentina. II. bucket, hama. III. heap of corn, acervus frumenti.

Qui voci enodandae adhuc operam dabant, a lit. *semiū* „haurio“, lat. *sentina* vel gr. ἄμη, ἀμάομαι (v. Frisk, Griech. etym. Wb. 114) proficiscebantur. Sed notio alvei, unde LSJ incipiunt, ad eas voces bene non quadrat. Hitt. *han-* „schöpfen, haurire“ (Friedrich, Heth. Wb. 50) multo melius primo obtutu convenire videtur, tamen suffixum -τλο/ᾱ in ceteris vocibus, quas Schwyzer, Gr. Gramm. I 533 affert, ex -θλ- natum esse constat. Igitur ἀν- radix esse non potest. At in lingua hitt. etiam radix *hant-* in subst. *hant-eššar* „Loch, Grube, Höhle“ (Friedrich, op. 1. 53) occurrit. Postrema vero notio *cavi* optime ad alvum navis designandum idonea est. Eandem radicem in voce slavica \**ont-ěb* invenimus, unde slov. *v-otel* „cavus“, russ. *utlyj* „alt, schlecht“ al. profectae sunt (Slavistična revija V—VII, 1954, pag. 124).

Eodem etiam vocem ἀντ-ρον spectare B. Čop vidit neque tamen adhuc publici iuris fecit. Quam explanandi rationem ut ei vindicarem, haec scripsi, nam voce ἀντλο- elucidata facillime ἀντρον eodem modo explanaveris.

Porro a notione *cavi* notio *hamae* derivatur, cf. γύαλον „Höhlung, Wölbung, Schlucht“ et megaricum γυάλας „Trinkbecher“ (Hofmann). Nomina vero, quibus *vasa* denotantur, in notionem *acervi* abire J. Hubschmid, Sardische Studien (1953), 45 multis exemplis illustravit: „Wie verhalten sich die beiden Bedeutungen von sard. *nurra*, ‚Vertiefung‘ und ‚Erhöhung‘, zueinander? Das Rätsel löst sich unter der Voraussetzung, daß paläosard. \**nurra* ein becherartiges Gefäß bezeichnet hat... Umgestülpte Gefäße bilden dagegen eine Erhöhung. So erklären sich der *Napf* als Bergname im Emmental wegen seiner kuppigen Form... und die Entwicklung von lat. *cuppa* ‚Becher‘ zu schwdt. *gupf* ‚rundliche Bergform‘... „Da die Bedeutungen ‚Hügel‘ (campid. *mógoro*) und ‚Haufe‘ einander nahestehen, sind hier anzuschließen zentral- und westfr. *mouche*, *moche* ‚Haufe‘...“ (p. 51).

ἀσκάλαβος, ἀσκάλαφος

Praeter formam ἀσκάλαβος etiam ἀσκαλαβώτης, σκαλαβώτης vel potius καλαβώτης, tum καλαβύτης, ἀσκόλαχα (? Hes.) inveniuntur; cf. Frisk 162 s. v.

*Lacertam* nonnumquam a similitudine *baculi*, *iaculi*, *fusi* nomen traxisse apparet ex arm. *ašteay* „Speer“, quod comparari potest svan. *ašdēkw*, *ašfākw* „Eidechse“, (Treimer, Ethnogenese der Slaven, 1954, pag. 10). Russ. *veretenica* „lacerta“ a *vereteno* „fusus“ deductum est (Kluge<sup>11</sup> s. v. *Eidechse*). Quapropter in ἀσκαλ- al. stirpem σκαλ-, σκολ-, unde σκαλμός „Pflock“, σκόλοψ „Spitzpfahl“ derivata sunt, discernere licet. De voce κωλώτης „lacerta“ diiudicari non potest, utrum ad κώλον „membrum“ (Hofmann s. v.) an ad σκῶλον „Spitzpfahl“ sono s- adempto referatur.

De suffixis -αφο-, -αβο- cf. Schwyzer I 495 s., de -αχο- ibid. 498, al. 8.

λύρα

Lyra e testudine (et fidibus) constabat, cf. The Oxford Class. Dict. 588: „the sound-box of the lyre was formed of the carapace of a tortoise (or a wooden structure of a similar shape) with ox-hide stretched over its concavity (Hom. hymn. Merc. 41 ff.).“ Ab eo *cavo* lyram nomen accepisse verisimile est. Etiam si -v- in voce λύρα breve est, tamen vox graeca proxima est voci lat. *lūra* „os cullei, vel etiam utris . . .“ (Pauli exc. ex Festo p. 107, 26 Lindsay). Ambae voces e rad. \**leu*/\**lū*- (Pokorny 681 s.) derivatae „cavum“ designant ut voces eiusdem originis: alb. *fluer* „Fach einer Truhe“ < \**vē-lor*- < i.-e. \**lēu-r-*; *lug(u)* „Trog“, *lugĕ* „Löffel“; v. isl. *lūdr* „Trog“, v. a. thiod. *lūdara* „Wiese“; toch. A *lot* „Graben, Loch“; lit. *lūsna* „Hülse, Schale“.

E forma \**λυ-ρ-* formata est vox λυρτός, cuius Athenaeus 11, 500 b his verbis mentionem facit: καλεῖται δ' ὁ σκύφος ὑπὸ Ἑπειρωτῶν, ὡς φησι Σέλευκος, λυρτός. Etenim poculum a *cavo* appellari potest, cf. γυάλας e γύαλον derivatum (Hofmann s. v.).

ὄχθος, ὄχθη, ὄχθιοιβος

ὄχθος „steiles Ufer, Anhöhe“ proxime abest ab avest. *vaγdāna* „caput“ (Bartholomae, Airan. Wb. 1336), cum Buck, Synonyms 212 caput etiam a *cacumine* appellatum esse doceat. F- initialis in voce ὄχθος nullum vestigium apparere negari non potest, cf. tamen ἐμέω cum scr. *vamiti* (Ernout—Meillet<sup>3</sup> 1331).

Eodem ὄχθιοιβος „Saum des Chitons“ pertinere dicemus, ut voce κράσπεδον „Saum, Rand“ docemur. Quam Hofmann

his verbis explicat: „als Kopfstelle aus \*κρᾶσ- (vgl. κρᾶνιον usw.) + πῆδον Boden.“ Itaque et in κρᾶσπεδον *caput* est et in ὄχθοιβος *cacumen*, quod cum *capite* arte cohaeret.

### σίττυβος

Vocem ab Antiphane usurpatam Athenaeus 4, 169 f tradidit eamque vas caccabi simillimum designare docemur. Neque ab ea separari possunt σιττύβαι· δερματιναὶ στολαί. τὰ μικρὰ ἱμαντάρια Hes. (σιττύβα· χιτῶν ἐκ δέρματος Poll. 7, 70); — σίττυβα „δερμάτια“ interpretantur Phot. 514, 27, Arcad. 122. 14. Eodem pertinet glossa σίσυβοι (l)· κροσσοί· ἱμάντες Phot. Igitur stirpem σιττ- primitus *pellem* designavisse constat, ex qua et vasa fieri solebant. Cum vero vasa fictilia fingi coepta essent, eodem modo atque coriacea instituebantur et ornabantur, cf. Schuchhardt, *Alteuropa*<sup>8</sup> (1935), 53 s. Unde efficitur vocem σίττυβος ab aliis, quae a σιττ- incipiunt, pendere.

Quas voces a voce σισυβοι seiungi non posse manifestum est, cum sensus idem sit. Stirps σισ- vero in glossis Hesychii, quae sequuntur, occurrit: σίσυς· καὶ αὐτὴ βαίτη . . . ἄλλοι χιτῶνα αἰγείων χειριδωτόν; — σισύρα· τὸ παχὺ ἱμάτιον ἀπὸ αἰγείων δερμάτων; — σίσυρος· ῥάμματος εἶδος; — σίσυρνον· . . . τὸ αὐτὸ καὶ σισύρα; — σίσυρνος· . . . τις τῶν ἰατρικῶν ἐπιδέσεων. Sequitur vocibus a σισ- incipientibus *pellem caprinam* vel potius *capram* ipsam exprimi.

Nomina vero animalium nonnumquam ab interiectionibus, quibus ea incitantur vel depelluntur, originem ducere constat, cf. Schwyzer II 61, 6. Itaque σιττ-/σίσ- proxime absunt ab σίττα, ψίττα, ψύττα, quae proprie *st!* *pst!* reddunt (Schwyzer KZ 58, 1931, 170 ss.), cf. σίττα· ἐπιφώνημα αἰεῖν Hes. Quas voces etiam *capras* ipsas denotare potuisse fidem facit vox temporum nostrorum σίτα· ὄνομα αἰγός, de qua Schwyzer, l. c. 204 haec tradit: „τὸσι zum Wegjagen einer Katze (Makedonien), wozu wohl τσίτα· ὄνομα γάτας (Βογατσικόν Nak.); stammt auch σίτα· ὄνομα αἰγός (Kythnos) aus dem Ruf?“

Ad eas voces referenda videntur vocabula, quibus res olentes designantur: σίσανον· τὸν ὀξίνην οἶνον; — σισύμβριον „mentha aquatica“ „nasturtium officinale“ (LSJ), quae plantae propter odorem notissimae sunt, v. Walde—Hofmann s. vv. *mentula*, *nasturtium*.

### τέγσα·

κόρυσα. Κᾶοι. καὶ πόλις Ἀρκαδίας Hes. pertinet ad rad. \*(s)tag-, praeter quam etiam \*(s)teg- fuisse putandum est, ut Walde—Hofmann II 7, lin. 5 s. infra, praeter \*mad- „madere“ etiam \*med- concedunt. Ex ea radice voces σταγῶν, στάζω,

lat. *stagnum*, cymr. *taen* „conspersio“ < \**tag-nā* (Hofmann s. v. *σταγών*) ortae sunt. Indidem nomen *Tegeae* (*Τεγέα*) oppidi derivatum esse iudico, cf. Pausanias's Description of Greece by J. G. Frazer, vol. IV (1913), 420: „The swamp (!) or lake of *Taka* . . . receives all the waters of the south part of the plain of Tegea and discharges them through a great chasm (*katavothra*) at the foot of Mt. *Kravari* . . . After the drought and heat of summer the canal, like the swamp (!) itself, occasionally runs dry and its bottom presents merely a slough of fetid mud. Pausanias imagined that the water which disappears down this cavern in the face of Mt. *Kravari* reappears at the springs of *Franko-vrysi* near Asea . . .“ Quam ob rem *Τεγ-έα* *stag-num* significat. De suffixo *-εα* vide PWRE V A 107, 6 ss.

Ljubljana.

M. Grošelj.

## DE VOCE QUADAM LYDIA

Hesychius (ed. Latte, Hauniae 1953) vocem lydiam *ἄρρηρον* ὁ δίσκος, *ἄρῃ* *Λυδῶν* tradidit, quae, quod sciam, adhuc obscura est. Quae primum quidem cum toch. AB *yerpe* „disque“ (Windekens, Lexique étym. des dialectes tokhariens, Louvain 1941, 169) coniungenda et e stirpe i.-e. \**erbh-* derivanda videtur. Toch. *y-* nisi ante *e-* indoeuropaeum oriri non solere Windekens, l. c. XXXVII et XXXIX docet. Idem vir doctus vocem tocharicam voci graecae *ἄρρηλος* „tranchet rond“ propinquam putat ita tamen, ut stirpem \**erb-*, non \**erbh-* subesse censeat. Deinde vocem lydiam cum vocibus lat. *orbis*, umbr. *urfeta*, qua vel orbis vel orbita vel rota designatur (cf. Devoto, Tabulae Iguvinae<sup>2</sup>, 1940, 366), arte coniunctam statuemus.

Atqui inter vocabula, quibus res *convexae* et *concavae* significantur, minimum interesse multis exemplis demonstrari potest. Quam ob rem voces lyd. *ἄρρ-υρόν*, toch. *yerpe*, lat. *orbis*, umbr. *urfeta* cum voce lit. *ürbinti* „mit dem Pfriemen ein Loch machen“, *ruobti* „aushöhlen“ aliis, quas Pokorny 333 producit, coniunctas easque propter lyd. *ἄρρ-*, umbr. *urf-* non ex \**ereb-*, ut Pokorny l. c. dubitans coniectat, sed ex \**erebh-*, \**orobh-*, \**röbh-* derivatas esse iudicabimus. Quodsi radix \**erebh-* erat, *ἄρρ-ηλος* et *ἄρρ-έλη* „chaussure forte pour la chasse, la campagne; empreintes faites dans le char et destinées à recevoir les pieds du conducteur“ propter *-β-* voces graecae genuinae esse non possunt, sed ex aliqua lingua non graeca in linguam graecam se insinuaverunt. Quod factum esse eo firmiter asseveraverim, cum nomina, quibus calceamenta intelleguntur, saepe originem extraneam eamque Asianam prae se ferant, ut ex vocibus *περσικά*; — *σάκχοι* *ὑποδήματα* *Φρόγια*; — *κόθορονος*, quam Hofmann s. v. *Lydis* cunctabundus tribuit, perspicuum est.

Ljubljana.

M. Grošelj.